Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26172
Copyright: Admont, Benediktinerstift

que specialiter ad totius sensuum pertinent carnis. quibus illa
ita delectari ac pascitur. vt etiam quietas incitat mentes.
inuitasque eas non numquam pertrahat ad suae uoluntatis assensum.
De quibus beatus apls inquiens ait. et nos omis aliquando con
uersati sumus in desideriis carnis nrae. facientes uoluntates
carnis et cogitationum. et eramus natura filii irae. sicut et ceteri.
§ Pritalia vero dicimus. quae instinctu animae soli orta. non solum nihil
uoluptatis conferunt carnis. sed etiam grauissimis
ea languoribus afficientia miserrime iocunditatis pastu.
animam tantum nutriunt egrotantem. et idcirco haec quidem sim
plici cordis indigent medicina. Quae autem carnalia sint. non
nisi duplici quemadmodum diximus ad sanitatem curatione per
uenuntur. unde puritatem studentibus plurimum confert. vt
harum carnalium passionum. ipsas materias primitus sub
trahant. quibus potest uel occasio. uel recordatio earundem pas
sionum. egrotantem adhuc animae generant. Necesse est enim. vt
morbo duplici. dupler adhibeatur curatio. Nam corpori
ne concupiscentia in effectum tempta prumpere necessario
effigies. et materia illicienis subtrahenda est. et animae
nihilominus ne ea uel cogitatione concipiat. attentior
meditatio scripturarum. et sollicitudo pernigil. ac remotio
solitudinis. utilitate apponenda. In ceteris autem uitiis hu
mana consortia nihil obsunt. quin immo etiam plurimum
conferunt. his quibus carere eis in ueritate desiderant. quia
frequentia hominum magis arguunt. et dum lacessita crebri
manifestantur celeri medicina perueniunt ad salutem.
.v. I deoque dns nr ihs xpus. cui apli pnunciet sententia temp
tatus fuisse per omnia secdm similitudinem nram. dicit tam
absque peccato. idem absque hui pas sionis contagione.
nequaquam scilicet aculeos concupiscentiae carnalis expers.